Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lac Quare appendistis argentū et nō in panibus
et laborem pānis nō in satietate Audite audientes
me et comedite bonū: et delectabitur in crassitudi
ne aīa vra Inclinate aurem vram et venite ad me
et audite et vivet aīa vra: et feriam vobiscum
pactū sempiternū: misericordias David fideles Ecce
testem populis dedi eū: ducem ac preceptorem gentibus
Ecce gentem quam nesciebas vocabis: et gentes qui
nō cognoverunt te ad te current propter dōm dei
tui et sancti israel: quia glorificavit te Gr. Qui
dne derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor V. Et quid dne
recessisti longe despicis in opportunitatibus in tribulatione
dum superbit impius incenditur pauper Sedm Joh. anne
Ist. t. Dicebat iesus turbis iudeorum Ego sum
lux mundi Qui sequitur me nō ambulat in tene
bris: sed habebit lumen vite Dixerūt ergo ei
pharisei Tu de te ipso testimoniū perhibes: testimo
nium tuū nō est verū Respondit iesus et dixit eis
Et si ego testimoniū perhibeo de me ipso: verum est testi
monium meū: quia scio unde veni: et quo vado
vos autem nescitis unde venio: aut quo vado Vos
secundū carnem iudicatis: ego nō iudico quemquam
Et si iudico ego iudicium meū verum est: quia solus
nō sum: sed ego et qui me misit pater Et in le
ge vra scriptum est: quia duorum hōm testimonium
verū est Ego sum qui testimoniū perhibeo de me ipso
et testimoniū perhibet de me qui misit me pater
Dicebant ergo ei Ubi est pr̄ tuus Rndit iesus
Nec me scitis: nec prem meū Si me scireretis for
sitan et prem meū scīretis Hec verba locutus
est iesus in gazophilacio docens in templo Et